Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



21

hujus creationis nec per sanguinem hircorum
aut vitulorum sed per proprium sanguinem introi-
vit semel in sancta eternam redemptione in-
venta. Si enim sanguis hircorum aut thauro-
rum et cinis vitule aspersus inquinatos sanc-
tificat ad emundationem carnis quanto magis
sanguis xpi qui per spiritum sanctum semetipsum
obtulit immaculatum deo mundabit con-
scientiam meam ab operibus mortuis ad seruien-
dum deo viuenti. Et ideo noui testamenti
mediator est ut morte intercedente in redemp-
tionem earum preuaricationum que erant sub
priori testamento repromissionem accipiant
qui vocati sunt eterne hereditatis in xpo ihu
domino nro Gr. Eripe me domine de inimicis
meis doce me facere voluntatem tuam v. Liberator me-
us domine de gentibus iratis ab insurgentibus mi-
hi exaltabis me a viro iniquo eripies me Tractus
Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea v. Dicat nunc
israel sepe expugnauerunt me a iuuentute mea v. Etenim
non potuerunt michi supra dorsum meum fabricaue-
runt peccatores v. Prolongauerunt iniquitatem suam dominus
iustus concidet cervices peccatorum Sm Johannem
In illo tpe. Dicebat iudeis iudeorum
et principibus sacerdotum. Quis ex vobis
arguet me de peccato. Si veritatem dico quare vos
non creditis michi. Qui ex deo est verba di-
uinitatis audit. Propterea vos non audistis. quia ex deo